

EPISCOPATUS ORDINIS PRAEMONSTRATENSIS

PRAEFATIO

Hierarchia catholica ab antiquissimis temporibus multos viros e clero regulari solebat ad dignitatem episcopalem erigere, qui virtutibus ac scientia praediti, non solum monasteriorum ordinumque suorum, sed etiam totius Ecclesiae magnum erant ornamentum et gaudium. Sic jam primo millenario conspicitur, quo praeclari ordines SS. Basilii, Benedicti, canonicorum regularium S. Augustini ecclesiae multos praebebant antistites. Ineunte vero saeculo XII, accedunt episcopi ex ordinibus Cisterciensi et Praemonstratensi noviter exortis, saeculo vero sequenti etiam ex ordinibus Teutonicorum, Mendicantium et aliorum.

Nec mirum, quod ab Ordinibus illis nomina proprium episcoporum in monumentis monasticis, annalibus, necrologiis, hagiologiis, etc., notabantur, et non desunt viri docti, qui totam seriem istorum episcoporum ordine aut alphabetico vel chronologico fideliter colligebant. Prae primis splendet opusculum Reverendissimi Dmni episcopi Limburgensis, ord. Cist., de praesulibus ord. Cisterciensis, valde imitandum (Dominicus Willi, *Päpste, Kardinäle und Bischöfe aus dem Cistercienser Orden*. Bregenz, 1912), quod per quatuordecim annos mihi praelucens, ansam dedit simile opusculum pro Praemonstratensibus compilandi, apud quos jam fundator ipse, S. P. Norbertus, ab Honorio II. 1126 ad dignitatem episcopalem et metropolitanam elevatus est. Eaedem fere regulae, quas Reverendissimus Dnus Willi adoptavit, etiam hic observantur, et quae dicit in introductione sua, valent magnam partem etiam pro nostra collectione.

Sed experimentum hocce pro Praemonstratensibus majoribus occurrit difficultatibus, quam apud Cistercienses, qui jam ante 200 annos habuerunt Ughelli et Jongelinum, assiduos collectores. Praeter duas series episcoporum orbis catholici (Gams et Eubel), nonnullas monographias historicas de episcopatibus

Brandenburgensi, Raceburgensi, Pragensi, Olomucensi et Vratislaviensi, praeter opus monumentale *Annales Ord. Praem.* (Hugo) necnon novissimum opus bio-bibliographicum o. Praem. (G o o v a e r t s), nullum adhuc existit opus, quod totam materiam modo systematico criticoque pertractat. Plurima dispersa sunt apud varios auctores, qui inferius in proprio schemate vel loco suo adnotantur. Multa manent dubia, nondum sufficienter explorata; multa sunt minus certa, si de terris valde remotis, v. g. Scotia, Livonia, Dania, Suecia, America, vel de Oriente agitur. Sunt quoque opera quaedam panegyrica, quae ordini Praemonstratensi episcopos adscribunt, qui ad eum nunquam pertinebant. Tales fontes melius erit tacendo praeterire. Si vero alicubi apud viros doctos, errores vel lacunae reperiuntur, omnes notantur cum emendatione vel supplemento; dubia vel minus certa signo (?) exprimuntur.

Series episcoporum constituta est ordine alphabetico secundum eorum *praenomen* ut in ecclesia usus est. Tantummodo isti, qui absque dubio ad Ordinem pertinent, etiamsi in episcopali dignitate ordinem expresse professi sunt, gerunt suum numerum in margine. Qui per errorem ab aliquibus vel minus certi Ordini adscripti sunt, per astericum (*) signantur. Ex motivis mere historicis etiam tales personae, sed absque numero, adnotantur, quae ad dignitatem electae vel praedestinatae, super episcopatu litigabant, seu ipsi resignarunt, recusarunt aut ante consecrationem suam obierunt; tandem quarum electio a Sancta Sede rejecta est. Illi autem cardinales, archiepiscopi, episcopique, qui abbatias vel praeposituras o. Praem. tantum in commendam habebant, uti nonnunquam in Polonia, Hungaria, Italia, Belgio, Hollandia saepissime autem in Gallia fiebat, omnino fere praetermittuntur, extra quam si vota Ordinis emiserunt.

Primus et unicus fere, qui nomina episcoporum Praemonstratensium juxta singula saecula collegit, fuit clarissimus ille historiographus Ordinis, Carolus Ludovicus Hugo, abbas Stivagiensis in Lotharingia, ipseque episcopus titularis ad honores, in praefatione magni sui operis "*Annales Ordinis Praemonstratensis*" (tom. I Nanciï, 1734) et passim in singulis ejusdem operis articulis, ut multa ibidem corrigenda sint. Ex ejusdem auctoris calamo orta est quaedam monographia: "*Series episcoporum et scriptorum o. Praem.*", cujus manuscriptum uti codex 57 (24 pag. fol.) in bibliotheca magni seminarii Nanceiensis asservatur (sic J. M. A. V a c a n t, *La bibliothèque du grand séminaire de Nancy*, p. 54. Nancy, 1897; U. Berlière, O. S. B., *Notes sur les manuscrits de l'abbé Hugo*

d'Eitval conservés à Nancy. Bruxelles, 1898), p. 39 in tomo VIII "Bulletin de la commission royale d'histoire de Belgique" et Goovaerts, *Ecrivains*, etc, t. IV, p. 126). Ter jam per me ad directionem ejusdem seminarii propter illud manuscriptum litterae missae sunt, nullum autem secutum est responsum, quod valde doleo. Omnia quae postea ab aliis scriptoribus, v. g. A. Ruebner, Fr. Kreitz, J. Lienhart, etc. narrantur, ex Annalibus descripta sunt. Ultimus qui rem noviter ac diligenter explorabat erat K. D. Leo Goovaerts, canonicus Averbodiensis (1899-1914), qui die 10 Septembris 1916 vita defunctus est.

O quam felicius erat Ordo Cisterciensium, ordinis Praemonstratensis verus amicus, qui duo ad minus Romanos Pontifices, 42 cardinales et 535 episcopos e gremio suo assumptos demonstrare potest! Nihilominus est etiam apud Praemonstratenses episcoporum series sat spectabilis, quia hierarchia catholica apud eos sequenti modo repraesentatur:

Cardinalis 1 (Inicus Lopez), patriarcha 1 (Johannes V. arch. Rigen. Antiochen.).

Exarcha 1 (Anselmus Havelbergensis = Ravennae);

Primates 3 (S. P. Norbertus, Johannes de Galavis et Johannes Lohelius),

Universim episcopi residentiales 169 (quos inter 5 resignati)

Universim episcopi residentiales 169 (quos inter 5 resignati)
titulares 25, summa 202.

Praeterea vicarii apostolici 2 (episcopi titulares) et praefecti apostolici 3.

Quos inter eminent uti *scriptores* 18, nempe: Anselmus Havelbergensis, Emanuel Illana, Gervasius Sagiensis, Godescalcus Atrebatensis, Dr. Guillelmus Günther, Henricus Zdik, Hubertus, Johannes Lohelius, Johannes de Parkentin, Johannes de Schlabbendorff, Joseph Noriega, Ludolphus Brems, Milo I. Theruanensis, Dr. Nicolaus Psaume, S. P. Norbertus, Stephanus Bodeckar, Dr. Thomas Heylen, etsi vis Adamus Scotus.

E contra eliminandi sunt ex indice episcoporum regularium scriptores Johannes de Neumarkt (de Neoforo) et Zacharias Chrysopolitanus, ut infra ostenditur.

Cultu *liturgico* gaudent quatuor *Sancti* Praesules ord. Praem., et quidem S. Patriarcha Norbertus, cujus canonizatio, ut dicunt, jam sub Innocentio III. versus finem saeculi XII. incepta, demum a Gregorio P. XIII., die 28 Julii 1582 confirmata est; deinde sancti Evermodus, Isfridus, Ludolphus, omnes tres episcopi Raceburgen-

ses, quorum cultum Benedictus XIII. primum abbatiae Stivagiensi et canonicis ejus in monasterio Hohenburgensi (1725, die 18 octobris), deinde toti Ordini Praemonstratensi (1728, die 12 Aprilis) concessit. Haec quatuor festa sunt in Ordine indulgentiis plenariis decorata 1).

An episcopi Praemonstratenses in ordine suo vel capitulis generalibus ejus quibusdam *privilegiis* gavisi sint, nullibi reperitur; statuta quoque Ordinis nihil hac de re continent. Ex historia circariae Saxonicae patet, tantum praepositos Brandenburgenses, Havelbergenses, Raceburgensesque, non vero episcopos obstrictos fuisse ad comparandum in capitulis generalibus, quia capitula tantum, non vero episcopatus Ordini adnexa erant. Cum anno 1902 Averbodii capitulo sedente, quaestio moveretur, an episcopi Ordinis ad capitulum invitandi essent, statuit capitulum Reverendissimum Dominum episcopum Namurcensem de Ordine optime meritum, cum voto decisivo semper ad capitulum invitandum esse (Sessio III, die 23. Julii).

Juxta praxim Ordinis retinent episcopi Praemonstratenses in vita et functionibus privatis vestem talarem candidam cum collari, cingulo, bireto et mozetta coloris violacei (cfr *Codicem juris canonici*, can. 627-629).

Multi episcopi Ordinis post mortem suam apud confratres suos honorifice sepulti sunt, v. g. Inicus Lopez cardinalis, S. P. Norbertus et Johannes Lohelius archiepiscopi, Gervasius, Henricus Zdik, Albero de Chiny, Godescalcus Atrebatensis, Gualbertus I (Laudunensis), fortasse quoque Diettebus, Johannes IV Catvus et Johannes V. Bavor, episcopi Olomucensis.

Notatu dignum est, quod etiam episcopi saeculares, uti Henricus Bretislaus, dux († 1197 Egrae, sepultus Doxanae), Mgr. Carolus Andreas Anthonis, episcopus auxiliarius Mechliniensis emeritus († 1893) et sepultus Averbodii, et multi alii in monasteriis Praemonstratensibus sibi elegerunt sepulturam.

Spectabilis episcoporum Praemonstratensium residentialium numerus ex hoc potissimum explicari potest, quod nonnulla tota capitula cathedralica, similiter ut in ordine sancti Benedicti et S. P. Augustini (non vero episcopatus ipse) ordini incorporata erant,

(1) In Hagiologio o. Praem. nonnulli alii occurrunt antistites uti beati seu venerabiles, quos etiam "Acta sanctorum" aliaque opera commemorant; sic. v. g. Albero, Godeschalcus, Henrikus Zdik, Johannes Lohelius, Milo, Philippus, etc.; certum est autem, Sacram Romanam Ecclesiam nihil de culto eorum decrevisse.

quo modo permulti canonici Praemonstratenses ibi ad dignitatem episcopalem canonice electi sunt. Statuta istorum capitulorum poscebant, ut ad gremium capituli nonnisi Praemonstratenses assumerentur, qui Ordinem expresse profiterentur, sub candido habitu (cum nonnullis praerogativis) nec non sub regimine praepositi et prioris viverent, et ut ecclesiae eorum essent simul cathedrales, quamvis cujusvis Ordinis vel status clerici ad episcopatum admitterentur. In hoc errant autem permulti, etiam Le Paige, Hugo, Lienhardt, Miraeus, Goovaerts, etc., qui totam seriem episcoporum in illis sedibus Ordini S. Norberti adscribunt. Similiter corrigendum est, quod litterae quaedam Gerardi cardinalis sub Clemente VII (1343) referunt, in Ordine nempe Praemonstratensi 16 esse episcopatus, de his autem 7 archiepiscopi et 9 dioecesani episcopi, qui revera non existebant.

Quae autem *capitula cathedralia* ad ordinem S. Norberti absque dubio pertinuerint, apparet e sequenti indice (vide etiam appendicem in calce), nempe :

1) Capitulum cathedrale apud S. Petrum in *Brandenburg*. Episcopatus quidem jam 1 octobris 948 sub et ab Ottone I Imperatore fundatus ; suffraganeus erat primum Maguntinensis, ab 968 Magdeburgensis provinciae. Wigger, 13. episcopus (1138), primus ibidem o. Praem. episcopus, in monasterio Licekensi residens (Leitzkau), mutavit ecclesiam Praemonstratensium in cathedralem, quam Ordini incorporavit ; Willemar vero successor ejus (a. 1165) capitulum in arcem Brandeburgensem transtulit. In capitulo ejus habebant Praemonstratenses, cum Brandeburgenses, tum Licekenses, jus eligendi episcopum usque ad a. 1447, quo Nicolaus V. hoc jus marchionibus concessit.

2) Capitulum cathedrale apud S. Mariam Virg. in *Havelberg*, in districtu West-Priegnitz. Episcopatus jam 9. mai 946 ab Ottone I erectus, suffraganeus primum Maguntinensis, ab 968 Magdeburgensis ecclesiae erat. Episcoporum 10. erat Anselmus, o. Praem., a S. Norberto a. 1129 ante finem Junii consecratus, et Magdeburgi adhuc residens. Ecclesia cathedralis, ab ipso incepta, sub Walone episcopo die 16. Augusti 1170 consecrata est. Ab anno 1270 erat sedes episcopalis in Wittstock in districtu Ost-Priegnitz. Capitulum ab Anselmo a. 1144 erectum, statim ordini S. Norberti traditum est.

3) Capitulum cathedrale apud S. Mariam et S. Johannem Ev. in *Ratzeburg* apud lacum ejusdem nominis, fundatum 1154 ab Henrico duce, ab initio pertinebat ad provinciam Bremensem et ordinem Praemonstratensem, cui S. Evermodus primus episcopus, Racebur-

gensis, capitulum adnexit. Ab a. 1334 vel 1335 erat sedes episcopalis in Schönberg.

4) Capitulum cathedrale apud S. Ninianum sub tit. *Candida Casa* (Whiterne) in Galloway in regno Scotiae sub Christiano episcopo († circa Oct. 1186) ad Praemonstratenses transiit. Episcopatus erat S. Sedi immediate subjectus.

5) Capitulum cathedrale ecclesiae B. M. V. *Burgilaviensis* (Börglum) in Dania. Episcopatum erexit Eskillus, celeberrimus ille archiepiscopus Lundensis (1138-1179) qui in Börglum (1176 ?) cœnobium Praemonstratense fundavit. Capitulum cathedrale ejusdem instituti observantiae subjectum est. Episcopatus erat suffraganeus provinciae Lundensis (Lund, Røskild, Odense, Viborg, Schleswig, Ribe, Aarhus, Börglum). Episcopo Trugoto auctore prima colonia Praemonstratensium venit Burgilavium a monasterio Steinfeldensi.

6) Capitulum cathedrale ecclesiae *Rigensis*. Episcopatus hic primum sub titulo Livoniae habuit sedem in Uexküll et Meinhardum ex O. S. Aug. primum episcopum (1191), cujus successor Bertholdus, o. Cist., die 21 Julii 1198 in proelio occisus est. Episcopatum vero archiepiscopi Bremensis sibi jure suffraganeo subjectum esse declarabant. Albertus I., tertius episcopus Livoniae (1198-1229), condidit c. 1200 civitatem Rigensem, consevravit ibi 1206 novam ecclesiam cathedralem tradiditque capitulum cathedrale a. 1222 ordini Praemonstratensi. A. 1253 ecclesia Rigensis ad metropolim elevata est, a qua 12 episcopi suffraganei dependebant. Incertum est, quonam anno capitulum Rigense desierit esse regulare.

7) Capitulum cathedrale ecclesiae *Selonensis* (Semgallen), fund. 1218, ante 1233 ordini Praemonstratensi unitum. Episcopatus iste cum sede in Selburg, erectus 1218, unitus est jam 1251 ecclesiae Rigensi.

8) Capitulum cathedrale ad S. Mariam Virg. in *Leitomischel* (Litomysl, Mons Oliveti) in Bohemia orientali. A Clemente P. VI. sub Carolo IV. Imperatore et Bohemiae praeclaro rege, ipsius pontificis olim in Gallia discipulo, ex motivis mere politicis simul cum capitulo cathedrali in civitate Litomislensi et quidem in monasterio Praemonstratensium, quorum ecclesia conventualis B. Mariae V. sub una cathedralis declarata est. Capitulum autem, e conventu selectum, adjunctum mansit Ordini sub regimine prioris et habuit jus eligendi episcopum, qui, uti vicinus episcopus Olomucensis, suffraganei erant archiepiscopi Pragensis. In electionibus episcopi, qui saepe extra diœcesim suam degebant, multum valuit auctoritas aulae Pragensis; episcopatus omnino non longam habuit

diuturnitatem (*Frinq, Zur Frage der deutschen Bistümer in Böhmen*, p. 10. Prag, 1902).

S. Norbertus forsan de traditione capituli sui metropolitani *Magdeburgensis* (fund. in oct. 968 a Johanne XIII. Ravennae degente) ad ordinem Praemonstratensem cogitasse, e vita ejus ad a. 1133 elucere videtur, quod autem alias profundo silentio velatum est. (Corrige *Miraeum, Chron.* p. 204). Cfr. Hertel, *Geschichte*, p. 62.

Quod plures episcopi dioecesani *Pragae* et *Olomucii* saec. XII. ex ordine Praemonstratensi desumpti sint, favori influxuique aulae Pragensis adscribendum est, quae illos episcopos, ut ita dicam, directe nominabat. Olomucii Henricus Zdík, 7. episcopus, postea (1138) o. Praem., transtulit capitulum suum cathedrale a. 1131, die 30 Junii, a S. Petro ad novam ecclesiam S. Wenceslai Mart., a se consecratam; a. 1143, die 30 Septembris affuit consecrationi ecclesiae cathedralis ad S. Vitum Pragae. Attamen neque Pragense neque Olomucense capitulum erat unquam regulare, etiamsi C. L. Hugo (*Ann. Praem.*, II, 449) perperam Olomucium pro ordine Praemonstratensi requirat. Idem dicendum est de aliis capitulis cathedralibus, v. g. in Tuam, Lund, Magdeburg, Leubus, Ysagrabia in Slavonia, etc.

In praedictis octo ecclesiis cathedralibus multi quidem, sed non omnes eligebantur episcopi Praemonstratenses a capitulo plurimi utique in Ratceburg. Sub Julio II., Ordo S. Norberti a. 1504 in Ratceburgensi, 1507 in Brandenburgensi et Havelbergense capitulis extinctus est 1); a. 1540 cessavit episcopatus Burgilaviensis in Dania, 1558 Candida Casa in Scotia, 1554 Litomislensis in Bohemia. Quamdiu Ordo S. Norberti in capitulo Rigensi perduraverit incertum est.

A. 1539 sermo quidem fuit de novo episcopatu in abbatia de Welbeck (Anglia borealis), 1621 de novo episcopatu Litomyslensi, item saec. XIX. de tali in abbatia Teplensi (1850) vel Siloensi (Bohemiae) erigendo, sed nihil aliud susceptum est. Episcopatus Litomyslensis revixit jam a. 1664 in oppido Reginae Hradecensi (Hradec Králové = Königgrätz); reliqui omnes sunt jam a saec. XVI. in manibus acatholicorum.

Episcopatus *Middelburgensis*, a. 1559 in abbatia Middelburgensi,

(1) Jam 1446 Sedes Apostolica Johanni VII. episcopo de Lebus mandavit ut, si quaerelae marchionis verae essent, canonicis Praemonstratensibus in Brandenburg et Havelberg amotis, canonicos saeculares substitueret, quod autem demum post 60 annos factum est (1507). (Kreusch, 94, 114, 147).

o. Praem., erectus, unicum tantum habuit de facto episcopum et abbatem e clero saeculari, Nicolaum de Castro, quem Johannes a Strijen (v. i.) secutus est.

INDEX LITERARIUS ET ABBREVIATIONUM

Sequuntur opera literaria, in hac serie episcoporum adhibita, vel saepius citata, cum suis abbreviationibus :

AA. SS. : *Acta Sanctorum*.

AP. : *Annales Praemonstratensis ordinis*, authore Ch. L. Hugo, t. I. Nanceii, 1734 ; t. II, ibid., 1736.

Albrecht Dion. F., o. Praem., *Angeli Pacis S. P. Norberti desideria, consilia, opera*. Argentorati, 1739.

Augustinus : *Episcoporum Olomucensium series*, ed. Augustinus Olomuc, continuavit F. Richter. Olomucii, 1831.

Auvray : *Les Régistres de Grégoire XI (1227-1241)*, ed. Lucien Auvray, 2 t. Parisiis, 1890-1907.

Becker Theod., *Geschichte des Bisthums Havelberg*. Berlin, 1870.

Becker Dr., *Das Necrologium der Abtei Arnstein in Ann. des Vereines für Nassausische Alterthumskunde*, XVI. Wiesbaden, 1880.

Beiträge zur Geschichte des Stiftes Tepl. Festschrift, t. II, p. 140 sq. Marienbad, 1925. Art. Petri Möhler, o. Praem. : *Die Prämonstratenser der Sudetenländer in den Hussitenwirren. 1409-1434*.

Bellesheim Alf., *Geschichte der Kath. Kirche Schottlands*, (2 vol. 1883), und *Irlands* (3 vol. 1898 sq.).

Berger Elie, *Les Régistres d'Innocent IV (1243-1254)*, 4 t. Paris, 1887-1912.

Bernhardi Dr. W., *Lothar von Supplinberg*. Leipzig, 1879.

Erady W. Maziere, *The episcopal succession in England, Scotland and Irland, 1400-1873*. III t. Romae, 1876.

Brem G., *Bullarium Trajectense*, Hagae Comitum, 1891-1896, 2 vol. usque ad a. 1378.

Brunner Dr. Seb., *Ein Chorherrenbuch*, Viennae-Würzburgi, 1883.

Chev. : Ulysse Chevalier, *Bio-Bibliographie*, nova editio, 2 tom. Parisiis, 1905-1907.

Codex diplomaticus Saxoniae Regiae, II Leipzig, 1889.

Curschmann F., *Die Diözese Brandenburg*. Leipzig, 1906.

- Cermák Dom. o. Praem., *Premonstráti v Cechách a na Morave*. Pragae, 1877.
- Dannenberg W., *Entwicklungsgeschichte des reg. Prämonstr. Domkapitels von Brandenburg*. Dissertatio. Greifswald, 1912.
- Daugaard, *Om de danske Kloster i Middelalderen*, 1830.
- Diplomatarium Raceburgense (E. J. de Westphalen, *Monum inedita Rerum Germanic.*, tom. II, Lipsiae 1740, col. 1983-2336). Episcopi Raceburg. 32, in col. 1983.
- Dudík Dr. Beda, O. S. B., *Mährens allgemeine Geschichte* (usque ad a. 1350). 12 tomi, 1860- 1888.
- Emler, *Necrologium Doxanense* (Sitzungsberichte der böhm. Gesellschaft der Wissenschaften. Prag, 1884).
- Eu.: Eubel Dr. P. Conradus, O. F. M., *Hierarchia catholica medii aevi (1200-1600)*. 3 tom. Münster, 1898-1910.
- Friedenfels Amandus, o. Praem., *Sion, mons inclytus; filii Sion inclyti*. Pragae, 1702-3.
- Frind Ant., *Kirchengeschichte Böhmens*, 4 t. (1862-1878, et *Die Geschichte der Bischöfe und Erzbischöfe von Prag*. Prag, 1873. *Gallia, Christiana*, nova ed, t. I-XIII. Paris, 1870 sq. — Novissima ed. (Montbéliard, 1899 sq.).
- G.: Gams Pius, O. S. B., *Series episcoporum eccl. cath.* Ratisbonnae, 1873-1886.
- Gasquet, F. A., O. S. B., *Collectanea Anglo-Praemonstratensia*. 3 t. London, 1904-1906.
- Gercken, Ph. W., *Austührliche Stiftshistorie von Brandenburg* (Braunschweig und Wolfenbüttel), 1766.
- Geudens M. o. Praem., *A sketch of the Praemonstratensian Order and their houses in Grand Britain and Ireland*. London, 1878.
- Goov.: Goovaerts Léon Fr., o. Praem., *Ecrivains artistes et savants de l'ordre de Prémontré*. Bruxelles, 1899-1914.
- Görlich Fr. X., *Ürkundliche Geschichte der Prämonstratenser zum hl. Vinzenz*. Breslau, 1836 et 1841.
- Grünhagen, *Regesten zur Schlesiischen Geschichte* (Codex. dipl. Siles. t. VII), et Korn-Grünhagen, *Regesta episc. Vratislaviensium*.
- Hansen J. A. S., *Die Weibischöfe von Trier*. Koln, 1834.
- Hauck, Alb. Dr., *Kirchengeschichte Deutschlands*, t. IV. Leipzig, 1913.
- Heffter, *Geschichte der Kur- und Hauptstadt Brandenburg*. Potsdam, 1840.

- Hein Max., *Die Wahlen der Bischöfe von Olmütz, 1126-1201. Pars I*, in *Jahresbericht der deutschen Staatsrealschule in Brünn*. 1913, p. 3-18.
- Hertel Gust. Dr., *Geschichte des Klosters U. Lieben Frau. Magdeburg*, 1885.
- „ *Urkundenbuch zur Geschichte des Klosters U. L. F.* Halle, 1878.
- „ *Leben des hl. Norbert (secundum Mon. Germ. Hist., XII)*. Leipzig, 1881, in *Geschichtschreiber der deutschen Vorzeit, saec. XII*, t. 13.
- Holzer Dr., *Pro-episcopi Trevirorum. Confluentes*, 1845.
- Honthelm N., *Historia Trevir. diplomatica*. 3 tom. Aug. Vindel. 1750.
- Hugo Car. Lud., o. Praem., *Annales o. Praem.* (= A. P., v. s.).
- „ *Sacrae antiquitatis monumenta* (t. I, Stivagii, 1725 ; t. II, Saint-Dié, 1731).
- „ *La vie de S. Norbert. Luxemburgi*, 1704.
- Illana Emman. de, o. Praem., *Historia del gran Padre y Patriarcha san Norberto*. Salamanea, 1755 (t. II, p. 261-338).
- „ *Historia de los variones illustres del Orden Praemonstr.*, Ibid., 1753.
- Jacobson, *Die Metropolitanverbindung Rigas mit d. Bisthümer Preussens*. Leipzig, 1836.
- Jaffé-Lœwenfeld (= J. L.), *Regesta Pontificum Romanorum* (usque ad a. 1198) 2 tomi. 1883-1886. Nova editio.
- Jászó, *Schematismus de —. Carsoviae*, 1891.
- Jelinck Fr., *Historie mesta Litomysle*. 3 tom. 1836 sq.
- Keith Rob., *An historical catalogue of the Scottish Bishops down to the year 1688*. 1755, nov. edit. Edinburgh, 1824.
- Ketrzynski Ad. Dr., *Liber mortuorum monast. Strzelzensis, itemque monasterii S. Vincentii in Mon. Poton. histor.*, t. V. Lemberg, 1887.
- Kirchenlexikon, 2 ed. Herder, Freiburg i. B., 13 tomi, 1882-1903.
- Knapinski W., *Sw. Norbert i jigo zakon*. Warsoviae, 1884.
- Kraszewski A. J. D., o. Praem., *Zycie Swietych y w nadziei Swiatobliwosci... Zakonu Prem.* Warschau, 1752.
- Kreetz Frid., o. Praem., *Historia nobilis parthenonis Heinsbergensis*. Coloniae Agrippinae, 1772.
- Kreusch Edm., *Kirchengeschichte der Wendenlande*. Paderborn, 1902.

- Krofta (Klicman, Novák) Dr., *Monumenta Vaticana res gestas Bohemicas illustrantia*. t. I, II et V. Pragae, 1903-1907.
- Lairuelz Serv., o. Praem., *Optica regularium*. Mussiponti, 1603, p. 398, 419-420.
- Lentz S., *Dipl. Stifftshistorie von Bradenburg*. Halle, 1750. — *von Havelberg*, Halle, 1750.
- Le Paige J. B., o. Praem., *Bibliotheca praem. Ordinis*. Parisiis, 1635.
- Lienhardt G., o. Praem., *Ephemerides hagiologicae o. Praem.* Aug. Vindelic. 1764. —
 „ *Auctarium*. Aug. Vind. 1767.
 „ *Spiritus Litterarius Norbertinus*. Aug. Vindelic. 1771.
- Lorenzen V., *De danske Premonstratenserklöster Bygningshistorie*. Kobenhavn, 1925, p. 11-13.
- Masch G. M. C., *Geschichte des Bisthums Ratzeburg*. Lübeck, 1835.
- Mas Latrie de, *Trésor de chronologie d'histoire et de géographie pour l'étude et l'emploi des documents du moyen-âge*. 1889.
- Mayer I. G., *St. Luzi bei Chur*. Lindau, 1876 ; Einsiedeln, 1907.
- Migne, *Patrologia latina*. Parisiis, 1844-1865.
- Miraeus A., *Chronicon o. Praem.* Coloniae Agri. 1613.
- Monast: *Monasticon Anglicanum et Hiberniae*.
- Monumenta Germaniae Historica*.
- Norbertus S. P.: *Totam litteraturam de eo*. cf. Wozasek et Zák in appendice. Porro Takacs Melchior Dr. o. Praem., *Szent Norberte Elete*. Budapest, 1905, p. 288 sq. et Goo-vaerts, l. c.
- Olomucensis archidioceseos catalogus ven. cleri annuus.
- Palacky Fr. Dr., 1894 ; Bachmann Dr., Bretholz Dr. etc. alii de historia Bohemiae.
- Perlbach Max., *Das Totenbuch des Prämonstr. Klosters Zuckau bei Danzig*. Danzig, 1906, in t. V : *Quellen und Darstell. zur Gesch. Westpreussens*.
- Potthast Rob. Dr., *Regesta Pontificum Romanorum (1198-1304)*, 1873-1876.
- Pragenae archidioceseos catalogus ven. cleri annuus.
- Presutti P., *Regesta Honorii papae III.* Romae, 1888-1895.
- Rickmann Fr. W. I., *Die Domkirche zu Ratzeburg*. Ratzeburg, 1889.

- Riedel Ad. F. Dr., *Codex diplomaticus Brandenburgensis*. Bero-
lini, praecipue t. II, VIII.
- „ *Die Stadt und der Dom Havelberg*, t. I, 24-65.
- Roth E. Dr., *Epistolae Udalrici Steinfeldensis in Zeitschrift des*
aachener Geschichtsvereins. Aachen, 1896, t. 28, p. 257 sq.
- Ruebner A. E., o. Praem., *Memoriale saeculorum ecclesiae*
Gradicensis. Oppaviae, 1751.
- Schlöpkens Chr., *Hist. Nachricht von den Heidenthumb ...*
des Fürstentums Lauenburg. Lubeek, 1724, cap. III, p. 36-65.
- Schröder, *Das papistische Mecklenburg*. Wismar, 1739.
- Sello G., *Brandenburgische Bischofschronik*, in *Forschungen*
zur Brandenb. — preuss. Geschichte, t. V, 1883.
- Schillman F., *Geschichte der Stadt Brandenburg*. Leipzig,
1882.
- Ughelli F., *Italia sacra*, 2a ed. Venetiis, 1717-1721.
- Van Craywinckel L., o. Praem., *Legende der religieuzen van*
de Orde van den H. Norbertus. Mechelen, 1665.
- Vander Sterre J. Chr., o. Praem., *Natales sanctorum ord.*
Praem. Antverpiae, 1625.
- Van Spilbeeck Ign., o. Praem., *Hagiologium Norbertinum*.
Namurci, 1887.
- Van Spilbeeck W., o. Praem., *Necrologium ecclesiae B.M.V.*
de Tongerlo. Tongerloa, 1892.
- Walcott M. E. C., *Scoti-Monasticon. The ancient church of Schot-*
land. London, 1874.
- Waefelghem R. van, o. Praem., *L'obituaire de Prémontré in*
Analectes de l'Ord. de Prém. t. V-VIII. Bruxelles, 1909-1912.
- „ *Le nécrologue de l'abbaye du Parc*. Bruxelles, 1910.
- Waghenare P. de, o. Praem., *De viris sanctitate, genere, doc-*
trina illustribus in Vita S. Norberti, p. 83-254. Duaci, 1651.
- Wegeler Jul. Dr., *Die prämonstr. Abtei Rommersdorf*. Co-
blenz, 1882.
- Weyrauch Erv. Ant., o. Praem., *Geschichte des kön. Prämon-*
stratenstiftes Strahow. Prag, 1863.
- Wilsnack dioc. Havelbergen. cf. Riedel, t. II, 182 sq ; *Kirchen-*
lexikon, V, 1729, sq.
- Willi Dom, o. Cist., *Päpste, Kardinäle und Bischöfe aus dem*
Cistensienenser-Orden. Bregenz, 1912.
- Winter Fr., *Die Prämonstrateser des zwölften Jahrhunderts*
und ihre Bedeutung für das nordöstliche Deutschland. Berlin,
1865.

Wolny Greg. Dr., O. S. B., *Kirchliche Topographie Mährens*.
Brünn, 1855-1866.

Wozasek Bart., o. Praem., *Der hl. Norbert*. Wien, 1924.

Zák Alf., o. Praem., *Der hl. Norbert, Herr von Genepp*. Wien,
1900.

„ *De b. Henrico II Zdík, septimo episcopo Olomucensi in Ana-*
lectes de Prémontré, t. IV-VI, Bruxelles, 1910.

ABBREVIATIONES

a.	anno	occ.	occurrit
aep.	archiepiscopus	O. Cist.	Ordinis Cisterciensis
A. P.	Annales Praemonstratenses	O. Praem	Ordinis Praemonstratensis
	(H u g o)	O. S. A.	Ordinis S. Augustini
archid.	archidiœcesis	O. S. B.	Ordinis S. Benedicti
aux.	auxiliarius	pag.	pagina
c.	circa	praep.	praepositus
can.	canonicus	prov.	provisus
cf.	confer	reg.	regularis
cons.	consecratus	res.	resignavit
d.	die	saec.	saecularis
diœc.	diœcesis	sed.	sedebat
el.	electus	S. P.	Sanctus Pater, Summus
ep.	episcopus		Pontifex
Eu.	Eubel	suffr.	suffraganeus
G.	Gams	tit.	titularis
Goov.	Goovaerts	t.	tomus
m.	mensis	transl.	translatus
n.	natus	v. i.	vide infra
necr.	necrologium	v. s.	vide supra
n.	numerus	†	obiit

A. ROMANUS PONTIFEX

Sunt quidem scriptores, qui sine argumentis nonnullos Pontifices Maximos saeculi XII. et XIII. ordini Praemonstratensium adscribunt, sic e. g. Alexandrum III. (1159-1181), Coelestinum III. (1191-1198), Innocentium III. (1198-1216), Honorium III. (1216-1227) necnon Gregorium VIII., quem Mauritius du Pré (*Annales breves ordinis Praem.* 1645, p. 43) et C. L. Hugo (*La vie de S. Norbert*; Luxemburgi, 1704, p. 173) secundum S. Martini Laudunensis monumenta illius ecclesiae olim canonicum fuisse declarant, qui autem ex ordine S. Benedicti desumptus erat. Cf. Goovaerts, III, 8, et 64.

Superfluum esset, quaestionem illam de Pontificibus praedictis discutere, quia contrarium a viris doctissimis jam alibi sat clare probatum est.

Saepissime vero Hadrianum IV. (1154-1159) ad ordinem Praemonstratensium spectasse legimus. Cujus causa opinionis fuit bulla quaedam Hadriani IV., penitus ignota, in qua, ut dicunt, Pontifex iste seipsum "*alumnum* aliquando o. Praem". nominat. Bullam, de qua sermo est, jam Lienhart frustra quaerebat (*Ephem.*, p. 65; *Auctar.*, p. 43; *Spiritus*, II, 251), perperam ad 8. octobris 1154 ponit, Petrum de Waghenare (*S. Norbertus*, Duaci, 1651, p. 147) etc. citans, et illam per argumentum perpetuae traditionis o. Praem. authenticam esse defendit (Ign. van Spilbeeck, 67, juxta Ch. Vander Sterre, 92, ad 1. sept. et 121; Albrecht, 61).

Ad totum Ordinem duae tantummodo Hadriani IV. bullae de a. 1155, jam 3. et 5. (Le Paige, 627 et 429; Jaffé-Loew., n. 9970 et 9972), plurimae autem ad singula monasteria existunt, sed fragmentum illud, saepissime citatum, nullibi in bullis legitur. Insuper fragmentum nihil aliud continet, quam nomen *alumni*, ex quo non patet, Papam expresse quoque professum o. Praem. fuisse. Et dum Udalricus, praepositus Steinfeldensis, Papae gratulatur (Roth, p. 289), "*religionis alumpnum*" eum nominat, non autem nostrae, i. e. Praemonstratensis, quod alias certe dicere non omisisset.

Ut historia Romanorum Pontificum narrat, Hadrianus P. IV. in Anglia natus, primo Nicolaus Breckspeare (Lanciebreker, Hastae-fragus, Hastifrago) nominabatur, eratque clericus in ecclesia S. Jacobi de Maglovia, Magalonensis diœc., in Gallia, deinde canonicus regularis S. Rufi, eiusdem igitur congregationis, ex qua etiam Anastasius IV. et Julius II. prodierunt. Ab Eugenio III. Albanensis episcopus cardinalis creatus, missus est uti legatus apostolicus in Sueciam, et jam postridie obitus Anastasii IV. († 3. dec. 1154) electus est in Pontificem. Post 4 annos, 8 menses, 24 dies obiit ipse Anagniae 1. Sept. 1159. Etsi Vander Sterre, Hugo, Lienhart, Kraszewski, II, 353, I. van Spilbeeck et alii Hadrianum IV. expresse Ordini Praem. adscribant, eorum sententia negari debet. Cf. Goo-vaerts, IV, 8; Lienhart, *Spir.*, 251, Kraszewski, II, 265, ad 28. decembris.

Ex hoc patet, ordinem S. Norberti *nullum* Ecclesiae Pontificem Maximum dedisse.

In vita *Julii* II. (1503-1513) legitur, hunc Pontificem (antea Giuliano della Rovere vocatum) 15. dec. 1471 ab avunculo suo Sixto P. IV. cardinalem S. Petri ad vincula creatum esse. Erat deinde in Franciae regno legatus a latere, postea Ostiensis episcopus. A Sixto IV. obtinuit quoque praeter alia beneficia abbatiam S. Pauli Viridunensis, o. Praem., posthabiti electionis jure (in commendam), sed intacta tituli regularitate. Post 1471 cessit eam Huberto de Monte Hermerio, abbati Praemonstratensi (Hugo, A. P., II, 520).

Quot et quanta privilegia Romani Pontifices ordini Praemonstratensi, cui multi eorum valde favebant, concesserint, tum historia, cum bullarium Ordinis continent, quod utrumque opus ab auctore hujus collectionis praeparatum est.

B. ROMANAE ECCLESIAE CARDINALES

A tiara pontificia ad collegium Fratrum Papae purpuratorum accedamus, quod usque ad novissimum tempus e diversis Ordinibus congregationibusque religiosis multos numeravit cardinales! Sed et hic pauca tantummodo de Ordine Praemonstratensi referre possumus, qui in illustrissimo illo collegio fere praetermissus apparet.

a) Scriptores o. Praem., laudant universim cardinalem Lopez de Mendoza y Zuniga, natione Hispanum, et referunt sequentia:

Inicus (Innicus, Enicus, Eneco) Lopez, filius Petri de Zuniga-Miranda et Catherinae de Mendoza, erat 1516 abbas (23.) monasterii B. M. V. de la Vid. o. Praem., diœc. Osmensis, post 1520 epi-

scopus *Cauriensis* (Coria), 1529 translatus ad sedem *Burgensem* (Burgos), ubi fundavit hospitum et collegium; a 21 junii 1531 sub Clemente VII. cardinalis presbyter tit. S. Nicolai in carcere Tulliano, † 9. junii 1539 (Eu., 15. jan. 1537). S. Concilii Tridentini canones et decreta aiunt, Th. Dr. Merchantum fuisse Cardinalis Mendozae, episcopi Burgensis, Tridenti delegatum. A. 1579 sepultus est cardinalis iste a Dr. Hieronymo de Calderon, Provinciali et abbate B. M. V. de la Vid in sua ecclesia Vitensi, ubi perpulchrum mausoleum accepit (Kraszewski, II, 353).

Goov., I, 535 et IV, 164; Hugo, A. P., II, 1135 († 1535); G., 17 et 30; Migne, *Encycl. théol.* t. 31, c. 1702 (ep. creat. 1530, † 1535); Eu., III, 86 et 157: "clericus Burgensis nobilis, in 40^o anno, postea S. R. E. cardinalis, Caroli V. in supremo consilio consiliarius, et apud Henricum, regum Angliae orator discretus, ab eodem Carolo ad regnum Siciliae destinatur pro nonnullis tractandis negotiis". Clemens VII. 1531, 4 febr. prorogavit ei tempus se promovendi ad sacerdotium, et 1531, 27. maii, concessit ei, electo Burgensi, Neapoli degenti, facultatem recipiendi (ibidem?) ordines. — Difficile est dictu, quomodo hec omnia concordent.

b) Alius princeps Ecclesiae purpuratus, qui iterum a scriptoribus Ordinis Praemonstratensibus adscribi solet, est celeberrimus ille cardinalis Mag. *Johannes Wenceslai de Praga* (forsitan Pragae natus?), vulgo *Zelezny*, der Eiserne, Ferreus apellatus, ex Hussitarum revolutione et concilio Constantiensi optime notus, e presbytero saeculari (et canonico? Johannes Bucca, Bucka?) archidiaconus Pragensis, 1387 (1392?) nonus episcopus Litomyšlensis, 1403 et 1412 candidatus sedis metropolitanae Pragensis, a. 1415, 31 Aug. legatus concilii Constantiensis in Bohemiam missus, die 21. Sept. 1416 electus episcopus *Olomucensis* contra Albertum (Aleš), canonicum Vyšhradensem, in cuius favorem a. 1420 sedem Litomyšlensem recusavit et solam Olomucensem retinuit. Uti prae-sul Olomucensis (Johannes XI.) electus est 21. julii 1421 in Ziltau administrator et gubernator archidiocesis *Pragensis*, creatus sub Martino V. 23. jul. 1426 cardinalis presbyter tit. 3. Cyriaci et obiit Strigonii in aula Sigismundi Imperatoris die 9. oct. 1430.

Johannes de Praga non pertinet ad Ordinem; error multorum ex eo ortus est, quod omnes episcopos Litomyšlenses Praemonstratensibus adscribebant, ubi autem tantummodo primus et ultimus antistes erant ex Ordine. Etiam R. D. Petrus Möhler, o. Praem., in articulo suo: "Die Prämonstratenser in den Hussitenwirren", Beiträge zur Geschichte des Stiftes Tepl, t. II, 140 sq. Marienbad, 1925, Johannem perperam "Prämonstratenserbischof" appellat.

Friedenfels, 175, 470 ; Hugo, A. P., II, 116, 454 ; Lienhart, Eph., 291, Spir., 34, 39, 307 ; Krofta, (ad a. 1389) ; Frind, 122 sq. ; Palacky, III, 224, 253 sq. ; Otto, Slovnik Nancny, t. 12. (Pragae, 1897) 1059 ; Goov. I, 422, II, 444 ; Cermák, 13 et 196 ; Kraszewski, II, 4 et 353 ; Brunner, 552 ; Zák, De b. Henrico Zdík, 158.

c) Arcanum et vix credibile est, quod Aubertus Miraeus (l. c., 221) notat : " Libet hic addere, quae Crespetius, doctor theol. Parisiensis in Summa ecclesiastica, rit. Maria, de Adamo Praem. (isto an alio ?) refert : " Sed et cantum, inquit, atque officium nos habemus ab *Adamo Praemonstratensi Cardinale* devotissimo (isto an alio ?) editum, officio solemnitatis ecclesiasticae per omnem modum in modulatione conforme ". — Kraszewski, II, 353, juxta Crespetii, doctoris Parisien. Summam Ecclesiasticam, Tit. Maria.

d) Vana est autem opinio eorum, qui *Johannem de Nigravalle*, Praemonstratensem Hispanum, SS. Theol. Dr. et definitorem (probabiliter saec. XVI.), S. R. E. bibliothecarium, collegio cardinalium adnumerant. Erroris autor fuit P. Bernhardus a Leone († 1627 ? ; Goov., I, 54), o. Praem. Hispanus, qui in scriptis suis Johannem praefatum bibliothecarium, imo *Cardinalem* significavit. Cujus errorem postea diversi scriptores Ordinis (Waghenare, Hugo, Klee, Ruebner, Lienhart, Kreetz) sine deliberatione transsumpserunt.

Certum est, quemdam Johannem de Nigravalle, o. Praem., qui S. R. E. bibliothecarius (tantum) fingitur, auctorem fuisse operis " Genealgoia Ordinis canonicorum regularium S. Augustini ", quod edidit P. Pukalius, o. S. A., Cracoviae, 1619. In bibliotheca nationali Bavarica Monachii vidi ego ipse Cod. latin. man. 1894 (173 ff. - 4°), ubi in pag 1-96 continetur haec " Genealogia, a Dr. Aquilino Mich. Gorczynski, canonico reg. Cracoviae ampliata, manuscriptum 5. sept. 1707 ab universitate Cracoviensi approbatum, 20. nov. 1713 a Johanne, praeposito generali Cracoviae apud S. Casimirum typis recommendatum, (a. 1707 impressum). E Genealogia hausit quoque Ghinius Constantinus, can. reg. Ss. Salvatoris, O. S. Aug., suos " Sanctorum Canonicorum Natales " (Venetiis, 1621) et nominat Johannem de Nigravalle, o. Praem. in titulo ac praefatione, nihil autem refert de cardinali.

Vander Sterre, *Het leven van den H. Norbertus* (Antverpiae, 1623), 165 ; Walghenare, *De viris script. illustr.* (1651) 319 ; Lienhart, *Ephem.*, 65 et 366 (ad 28 nov.), *Spiritus*, 34, 53 et 436 ; Kreetz, 159 ; Goov., I, 622 ; B. O. Cernák, can. reg., *Die Schriftsteller der noch besthenden Augustiner-Chorherrenstifte Österreichs vom 1600 bis 1905* (Wien, 1905), p. 338 et 351. Praecipue autem cf. J. A. Twembow, professorem universitatis in Liverpool, articulum anglicum in " *Miscellanea Francesco Ehre scritti di Storia e Paleografia*", (Vol. V. Roma,

1924) pag. 219-226, sub tit. "John de Nigravalle, a *fictitious* Librarian of the Vatican". cf. *Analecta Praemonstratensia*, Tongerloae, II, 1926, p. 329.

e) De *Nicolao Pastorel*, abbate Viconiensi, o. Praem. (1290-1294) legitur, praelatum capellanum et amicum Ancheri Pantaleonis, presbyteri cardinalis tit. S. Praxedis († 1286), nepotis Urbani IV. (1261-1264), terna vice Romae degisse, ubi, ut ajunt, cardinalatum sibi oblatum renuit.

Hugo, A. P., II, 1078; Kraszewski, II, 353; Goov., II, 107.

Etiam *Norberto Horrichem*, abbati Steinfeldensi o. Praem. (1630-1661), qui Urbano VIII. et Alexandro VII, PP. MM. carus fuit, ab Alexandro VII. (1655), antea nuntio apostolico (Fabio Chigi) in Germania et benefactore Steinfeldensi (Goov., III, 108), oblata est dignitas cardinalis, quam vero renuit.

Hugo, A. P., II, 864; Dr. Paas, *Anal. der Vereines für den Niederrhein* (Köln, 1916), t. 99, p. 15 (ex archivo Steinfeld.).

f) Tres cardinales *Pisani, d'Este* et *Richelieu* qui per multos annos archiabbatiam Praemonstratensem commedatarie possidebant et alii, qui abbatias o. Praem. Lauduni, Virduni, Middelburgi et alibi sibi vindicabant, erant tantum commendatarii, quamobrem hic penitus omittantur.

C. ARCHIEPISCOPI, EPISCOPI ALIIQUE PRAELATI

Adalbertus III. Premyslides natus inter 1141 et 1150, filius Wladislai I., regis Bohemorum, e primo matrimonio ejus cum Gertrude Austriaca († 1151), post mortem matris suae in educationem traditus tamquam alumnus canonicis Strahoviensibus Pragae. Post mortem avunculi sui Conradi, archiepiscopi Salisburgensis († 28. sept. 1168) Adalbertus, adhuc diaconus tantum, electus est praepositus in Mělník simulque 1. novembris 1168 archiepiscopus (31.) *Salisburgi*, m. februario vel martio 1169 a Papa confirmatus, resignavit 1177, dein iterum archiepiscopus Salisburgensis el. 1183, piissime obiit 7 apr. 1200. — Educatoribus suis gratus, valde Ordini Praem. favebat, ipse 7. apr. 1182 ecclesiam Strahoviensem consecravit, ad Ordinem autem non pertinet, ut nonnulli affirmant.

G., 307; Goov., IV, 7; Vander Sterre, 57; Acta Sanctorum, Lienhart, *Ephem.*, 1:6 und *Spiritus*, 41; Van Spilbeeck Ign. 32, omnes ad 23. aprilis; Le Paige, 5:6; Waghenare, 172; Friedenfels, 199; Dlabacz, *Necrolog. Strahov. Pragae*, 1817, p. 9; 12 et 18; Weyrauch, 13; Kraszewski, I, 193; Personalstand des Erzbistums Salzburg in a. 1887, pag. 19 († 8. apr. 1200); Jaffé-Loewenfeld *Anal. Praem.*

passim; Albrecht 61; Grandauer, *Die Jahrbücher von Vinzenz und Gerlach* (Leipzig, 1884) 108; Palacky, I, 238, 252, 259 sq., 264 sq., 277, 409, 414; Ant. Klein, *Geschichte des Christenthums in Oesterreich und Steiermark* (Wien, 1840), II, 71 sq. — Emler, *Necr. Doxan.*, ad 7 april.

1. *Adalbertus Tolibowski* e familia Náleców, professor Witiowskiensis in Polonia 9 dec. 1634 praepositus monialium in Plocko, suffraganeus Ferdinandi principis, episcopi *Plocensis*, sub tit. episcopi *Lacedaemon.*, 1654 factus episcopus *Posnaniensis*, † 22 julii 1663. Multa bona ecclesie Witowiensi et Plocensi reliquit.

G., 355; Hugo „A. P., II, 574; Kraszewski, II, 295; Knapinski, 187; Perlbach: † 28. jul. 1663: „Albertus Tholibowski, ep. Poznan., benefactor et frater noster”. — Ketozynski, *Neor. Strzelnen.*, ad 28 Julii; Albertus Tulibowski, † 1665, et ad 15. Aug.: Anna Tulibowska, priorissa Plocensis († 1683); Goov., II, 249 et IV, 339.

2. *Adam de Lanark*, ep. *Candidae Casae*, provisus ab Urbano V. (Avione, reg. t. 8, fol. 136) 17. nov. 1363, († 1379 ?).

G. 239 (ad. a. 1359), Ew., I, 167 (adscribit eum ordini Praedicatorum); Goov., IV, 14.

* *Adamus Scotus*, can. o. Praem., scriptor ecclesiasticus (c. 1170-1180) mysticus et asceticus valde eloquens (Magister Adam, Adamus Anglicus). Natus forsitan alicubi in Scotia, ordini Praem. nomen dedit, venit Praemonstratum propter studia, revertit in patriam et ut nonnulli volunt, factus est episcopus = abbas *Candidae Casae* in Galloway, cujus ecclesiae canonici ordinem Praem. observabant. Tempus obitus ejus incertum est; alii dicunt eum jam c. 1180 defunctum esse, alii nominabant eum episcopum 1186 (post Christinum, † c. octobr. 1186) et dicunt, eum usque ad finem saec. XII. vixisse, dum, vero 1189-1209 Johannes Galvejac episcopus occurrit. Series episcoporum *Candidae Casae*, quae ordinem Praem. ibi omnino ignorat, penitus de eo silet.

Scripta ejusdem viri docti: *Liber de ordine, habitu et professione Praemonstr.* (sermones 14); *De tripartito tabernaculo Moysis, Christi et Spiritus Sancti* (partes 3); *De triplici genere contemplationis*, impressa 1518 cura Amati a Fonte, abbatis Camerae Fontis. Parisiis, fol., deinde per Godefr. Ghiselbert, o. Praem. Antverpiae, 1659, qui 47 sermones eis adjunxit; *Duo libri Soliloquiorum de instructione animae*, quos publicavit B. Pez O. S. B. in *Anecd.*, I, p. 2., 335 sq., pertinet ad Adamum de S. Victore (cf. L. Gautier, *Œuvres poétiques d'Adam de S. Victor*, 2 voll. Parisiis, 1858). Totam collectionem operum ed. Migne, *Patr. Lat.*, t. 198 (1846).

Silent Keith, G. und Eu. — Migne, *l. c.*; Lienhart, *Eph.*, 348 (ad 9. dec.) et *Spir.*, II, 34-78, 221, 306; Miraeus, 221 (facit Adamum abbatem gener. o. Praem. absque anno); W. Bosschaerts, o. Praem., *Diatribai*, 286. Mechliniae, 1650: "Candidae Casae primus ex archicœnobio Praemonstratensi consecratus est episcopus ven. Adamus"; Ghyselbrecht, *l. c.*, 286: "professus abbatae Praem. magister seu doctor Theol."; Hugo, *A. P.*, I, 453; Caesarius Heisterbac. *Rerum memorab.*, L. 3, c. 21 et 22; Car. Oudin, *De Scriptor. eccl.*, II, 1544-1547; Geudens, 43; Waghenare, 277; Craywinckel, II, 817; Goov., I, 9; III, 7; IV, 304; Kirchenlexikon, I. 213. Freiburg, 1882; Kraszewski, I, 87; II, 263 (abbas Casae Dei in Scotia) ad 27 dec.

Adrianus Cornelius Deckers, n. 30 apr. 1847 in Nieuwmoer in Belgio, inde Tongerloae 13 oct. 1865, prof. 15/10 1867, ord. 23. sept. 1871, novitiatus communis Tongerloae per longos annos magister, primus praefectus apostolicus missionis *Uellensis* in Africa, 7 nov. 1897, et abbas benedictus ordinis 19 mart. 1898, redux in patriam 1899 electus est abbas Tongerloensis 14. nov. 1899, obiitque 23. jun. 1915 uti visitator gener. et eques Ordinis Coronae.

Catal. circ. Brabant. ad a. 1914; M. Gaspar, *Les Prémontrés Belges et les missions étrangères* (Louvain 1905) 90; *L'ordre de Prémontré en Belgique* (Tongerlo 1915) 126.

* *Aegidius Albanus*, 1240 episc. *Candidae Casae*?

G. 239, Lienhart, *Spir.*, 42 (Altanus). Eu. silet, habens eodem hoc tempore Gilbertum episcopum, 1235-1253.

3. *Albero* (Adalbero III., Albéron), filius Arnulfi, comitis de Chiny et Adelheidis, comitissae de Roussy, post resignationem Ursionis O. S. B., electi Viridunensis, ipse ex archidiacono Viridunensi m. martio 1131 in concilio Leodiensi electus 46. episcopus *Viridunensis* statimque a Lothario rege et Innocentio P. II. confirmatus, Parisiis dein 19. april. 1131 (die Paschae) a Papa consecratus est, Lotharii II. et Conradi III. imperatorum a consiliis, sed etiam S. Norberto valde familiaris, cujus ordini abbatiam S. Pauli extra muros Viridunenses, amotis Benedictinis, cum consensu Innocentii III. tradidit aliaque fundavit monasteria, donec 1156 resignavit, et habita candido in abbazia S. Pauli assumpto, post biennium obiit 1158. Quoad diem obitus habent necrologium Praem. et Floreff. 2. nov., Parcense 3 nov., Tongerloense 5. oct., Vander Sterre, *Natales*, p. 106, ad 3. nov., item Van Spilbeeck Ign., *Hag. Norb.*, p. 85. — *Necr. Floreff.*: † 1156.

G., 652; Goov., I, 16; Bernhardi, 362; Hugo, *La vie*, 317 et 366; A. P. II, 508; Vander Sterre, 106 ad 3 nov.; J. van Spilbeeck, 85; Dr. Ernst Bernheim,

Lothar III. und das Wormser Konkordat (Strassburg, 1872) 28 ; Hauck, IV, 964 ; Mon. Germ. Scr., X, 508 et 527 ; Waghenare, 164 ; Le Paige, 493 ; Miraeus, 80 et 127 ; Kraszewski, II, 199 ; Lienhart, *Ephem.*, 316, ubi non intelligo, S. Bernardum († 1153) pro defuncto Alberone episcopo cantasse missam ; *Acta Sanct.*, Jun. T. I. 816 ; G. Madelaine, *Histoire de S. Norbert* (Lille, 1886) ; 425.

Albertus de Haresten, canonicus Magdeburgen. (annon S. Mariae ?), a. 1261 contra mag. Henricum de Ostheren, plebanum de Berge, a capitulo electum Brandenburgensem (5. nr. 1263 adhuc nominatur electus), electus est quidem episcopus *Brandenburgensis* a canonicis de Leitzkau, vocem in electione habentibus, sed reiectus est ab Urbano P. IV.

Guirand J., *Les Régistres d'Urbain IV*, t. I, n. 333. Paris. 1892.

Fortsetzung folgt.

Kirchberg a. d. Wild.
Oesterreich.

A. ZAK